

FRAGMENTA POETARUM
 veterum Latinorum, quorum
 opera non extant:

ENNII, PACUVII,
 ACCII, AFRANII,
 LVCILII, NAEVII,
 LABERII, CAECILII,
 aliorumque multorum:

Vndique à Rob. Stephano summa diligentia olim congesta:
 nunc autem ab Henrico Stephano eius filio digesta, &
 prisca quae in illis sunt uocum expositione illustrata:
 additis etiã alicubi uersibus Graecis quos interpretatur.

ant hore
 damnan

Hac in gratiam studiosorum carminis: propediem
 autem & amatoribus orationis solutae in simili
 labore (Deo fauente) gratificabimur.

Oper e
 malo per miss u

es de la lib^a El Colegio de Cuernca.



ANNO M. D. LXIII

Excudebat Henricus Stephanus, illustris
 viri Huldrici Fuggeri typographus.

PETRI DE VALENTIA CANICORVM



EX M. FAB. QVINT.

DE ENNIO, ATTACINO

Varrone, Cornelio Seuero, poetis epicis.

ENNIVM sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia & antiqua robora iam non tantam habent speciem quantam religionem.

MACER & LVCRETIVS legēdi quidē, sed nō vt phrasin, id est corpus eloquētiæ, faciant. Elegantes in sua quisque materia, sed alter humilis, alter difficilis.

ATTACINVS Varro in iis per quæ nomen est assequutus, interpretis operis alieni, non spernendus quidem, verūm ad augēdam facultatem dicendi parum locuples.

CORNELIVS autem Seuerus, etiam si versificator quā poeta melior, si tamen, (vt est dictum) ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, vendicaret sibi iure secundum locum. Sed eum consummati mors immatura non passa est: puerilia tamen eius opera & maximam indolem ostēdunt, & mirabilem (præcipuē in ætate illa) recti generis voluntatem.

DE LVCILIO poeta Satyrico.

Satyra quidē tota nostra est, in qua pri-

FRAGMENTA POE-
tarum veterum.

*Alphabeti ordine tam in nominibus poetarum, quam i-
psorum poematum, servato.*

EX ACCIO.

ACHILLE.

1. Qua re alia ex crimine inimicorū effugere possis, de-
lica. *Delica, id est explana, indica. Nonius.*
2. Ibidem, Ne tum quum feruat pectus iracundia. Fer-
uat, pro ferueat. *Nonius.*
3. Ibidem, An sceptrā iam flaccēt, ferat. *Flaccēt, lan-
guent, deficiunt. Non.*

AEDILITIA.

1. Datum est aurum, exultat planipes. *Diom. libr. 3. exponēs
uocē planipes, citat ex Accio rogatarum [fabularū] scriptorē.*
2. Ib. Sed si pepugero, metuet. *Pepugero, non pupugero,
hic scripsit Accius, teste Gellio lib. 7. cap. 9.*

ÆGISTHO.

1. Heu cuiatis stirpem funditus fligi studet. *Fligi. i. affli-
gi. Non.*
2. Ib. Neque fera hominū pectora fragescūt donec vim
persenserint imperiū. *Fragescunt. i. franguntur. Non.*
3. Ib. Melius quā viri callent mulieres. *Callent signi-
ficat scire, hoc est calliditate, que est urbana scientia. Non.*
4. Ib. Celebrī gradu gressum accelebrasse decet. *Cele-
bri. i. ueloci. Non.*
5. Ib. Quū manus materno sordet sparsa sanguine. *Sor-
det. i. sordida est. Non.*

AENEADIS, aut DECIO.

1. Vim Gallicā obduc cōtrā in aciē exercitūque patrū,
hostili fufum languen sanguine. *Sanguen neutro ge-
nere, pro sanguis mascul. quod in cōsuetudine habetur. Non.*

a.iii.

*Cuiatis, ut sit in i-
stem uerfus. uel cu-
iam.*

Decet.

Cui.

Exercitu, Ne pat.

scatur. Nonius.

Ib. Vos qui regales corporis custodias

Agitis, ite actutum in frondiferos lucos, ubi

Ingenio arbuſta vineta ſunt, non obſcūritas.

Ingenio veteres dixerunt pro ſua ſponte, vel natura. Nonius.

Ib. Ignoti iteris ſumus, tute ſcis. Ignoti pro inſcijs

Nonius in Ignote, & in Iteris pro itineris. Habetur apud

Prife lib. 6. idem locus: ſed legitur, Ignoti itineris.

Ib. Oderunt dii homines. Iniurioſe egone an ille

iniurię facimus. *Nonius in Iniurię.*

Ib. Sed quaſi amnis eis rapit, ſed tamen inflexa

flectitur. *Amnis, gen. ſc̄m. Nonius.*

Ib. Iam ſolis æſtu candor quum liqueſceret. *No-*

nius in Liqueſcere.

Ib. Pallis, patagijs, crocotis, malatijs, mortualib⁹.

Nonius in voce Crocotula.

Ib. Quęque incedunt omnes aruas obterunt. *Ar-*

uas dixit gen. ſc̄m. pro arua, inquit Nonius, qui citat Næ-

uium Lycurgo, lib. 2.

Ib. Pergite thyrfigerę bacchę modò bacchico

cum ſchemate. *Nonius in Schema.*

Ib. Pro induſtria ne te regem prognatum patre

Lycurgum cete. *Nonius in Cete pro Dicite, vel date.*

Ib. Sine ferro pecuda manibus vt ad mortē meāt.

Pecua & pecuda, ita ut pecora, dixerūt veteres. Nonius. For-

taſſe autem pro meant legendum eſt eant.

Ib. Altè iugatos angues in ſe gerunt. *Angues gen.*

maſc. Nonius.

Ib. Suaue ſumum melos. *Melos genere neutro.*

Nonius.

Ib. Caue ſiſtuam contendas iram contra cum ira

Liberi. *Nonius in Contendere.*

Ib. Ne ille mei feri ingenii, atque animi acrem a-

crimoniam. *Acrimoniam pro animi acuitate. Nonius.*

Non obſita. legit Joſ. ſcal. in Varr. p. 176. Et hoc conciuſit. Ducite eò argentiſ linguſmaurſquad- rã pedes. Vt in uenatu uitu- lanteſex auis Locis, nos mittant Tæris decoratoſſe- riſ. Alij ſublime alioſſa- ltuſ illicite, ubi Bipede ſuoluoſti- noſ linquãt lumina.

gis integrum habes apud Nonium in Compernes,
sed valde deprauatum.

Ib. Lib. 19,] Ad hunc librum pertinet ille versus, *Rau
saro, &c. pa. 188.*

194. Cito] Scribendum puto *Scito.*

218. Quis] Lege, *quis heri apud te?*

240. Fug.] Lege, *Fugimus qui arte hac uescimur.*

240. Mater] Pro *Anima mater adiugat*, legendum
puto, *Animam ether adiugat.*

*Quum plura capere charta haec non possit, caetera ab
Appendice expecta.*

POETARVM NOMINA QVO-
rum hic fragmenta habes.

ACCII incip. pag. 5.	MACRI	415
ÆDITVI 390	MARSI	416
AFRANII 43	MATII	417
ARBITRI 392	PACVVII	337
BASSI 410	PEDONIS	418
BIBACVLI 410	L. POMPONII	260
CALVI 410	P. POMPONII	272
CAECILII 63	SEPTIMII	419
CATVLI 411	PVBLII SYRI	273
CINNAE 412	SERENI	420
ENNII 77	SEVERI	421
FVRII 136	SVEVII	422
A. GALLI 424	TICIDAE	423
C. GALLI 414	TITINNII	285
GETVLICI 414	TRABEAE	424
LABERII 138, & 283.	TVRPILII	294
LAVREAE 415	VAGII	424
LICINII 415	VARI	425
LIVII ANDR. 144	M. VARRONIS	305
LVCILII 151	VARATACINI	364